Mone, Franz Joseph [Hrsg.]: Quellensammlung der badischen Landesgeschichte (Band 4: [Lateinische Chroniken, Lebensbeschreibungen])





porum ac bellorum vicissitudinibus, nec non frequentioribus incendiis monasterii nostri monimenta consumpta, dispersa ac potiori ex parte in cineres redacta fuisse et sic una cum memoria periisse.

Rev. pater Wernherus huius monasterii prior, qualis natione fuit, a quo susceptus sit, aut quamdiu monachum egerit, nullibi reperitur. De eo autem in vetusto manuscripto* sequentia referuntur: „anno domini MCC. octogesimo primo, 10 kalendas Junii consecratum est altare novum etc.“ et post pauca: „constructum est idem altare a piae memoriae Wernhero, priore quondam huius loci.“ Obiisse dicitur anno 1278 die 14 Februarii.** — Meminit necrologium nostrum etiam alterius Wernheri pariter prioris, ubi eius obitus ad annum 1291, diem 13 Aprilis assignatur. De primo Wernhero praefatum manuscriptum loqui, censendum reor, non de secundo, uti consideranti patet.

[Antonius Treubel.] Dum anno 1441 mortuo abbate Andrea de Uechtersheim convenirent capitulares et de novo abbate eligendo consultarent, oritur dissensio, partibus conventualium Henrico Reyff et Antonio Treübel divisim adhaerentibus. Uterque horum praelaturam appetebat, quam neuter alteri cedere volebat, scissa tamen postmodum, nescio quo interveniente, hac lite Henricus Reyff victor extitit et abbas huius monasterii proclamatus est. Unde facetus quidam poëta*** sequens cecinit carmen:

„Egelidam et sterilem botris nocuisse pruinam†“.

Antonius vero paulo post Treviros huc avocatur et ad s. Maximinum abbas salutatur. Dies eius obitus non constat [1].

[Casparus Riegger.] Regnante rev. dom. Laurentio Oeffinger, huius monasterii abbate, e suis monachis in abbatem postulatus est a conventu Maurimonasteriensi rev. pater Casparus Riegger. Grassabantur eo tempore rustici dominis suis insultantes et debitam iisdem subiectionem recusantes. Neo-abbas tamen commissum sibi Maurimonasterium* singulari administrabat prudentia, unde non exigua laus monasterio nostro ob surculum hunc nobilem, qui in tam robustam pariter ac venustam excrevit arborem, quam nec molestissimi bellorum turbines, nec fulgura extremum minitantia interitum movere, minus percutere poterant. Impavidae demum mortis fatali percussa spiculo haec arbor corruit et exaruit dum uberrimos honoris et honestatis antea protulisset fructus anno domini 1557, die 30 Decembris [2].

R. p. Martinus Stephani**, monachus et prior huius loci. Refert de eo r. p. Bernardus Mugg vitam s. martyris Landelini conscripsisse, sed illius exemplar nullum amplius extat***. Rev. dom. Casparum Geiger, abbatem Ettonianum, anno 1633 jussu Streiff a Löwenstein, exercitus regis Sueciae belli ducis, Kenzingam abductum carcerique ibidem mancipatum, data 600 florenorum summa pecuniaria liberavit. Obiit anno 1644 [3 die Octobris [3]].

Die wichtigste Erwähnung eines Mönches in Ettenheim-Münster, nämlich den Grabstein des Mönches Ruodmann aus dem 10. Jahrh., übergeht Will: III. kal. Junii obiit Ruodinin (?) praesbyter et monachus, qui fratrem suum Erchenbaldum nutrivit episcopum. Erchenbald war 965—991 Bischof in Straßburg. Ferner scheinen dem P. K. Will der libellus societatum Augiensium von 822 oder 825 p. XCVIII., so wie der libellus societatum s. Galli (gedruckt bei Goldast), rerum Allemannicarum scriptores tom. II. p. 144, ed. Senkenberg p. 151, ganz unbekannt gewesen zu sein.

* Der Ausdruck vetustus darf nicht irre führen, denn es waren in Ettenheim-Münster keine Handschriften, die älter waren, als die Mitte des 16. Jahrhunderts, vorhanden. Auch Abt Maurus Geiger, 1686, nennt das Copeibuch von 1546 vetustus.

** Danach wäre erst drei Jahre nach dem Tode des Stifters des Altars dieser eingeweiht worden. Wahrscheinlich gehört die Nachricht, daß ein Prior Walther 1278 gestorben sein soll, gar nicht hierher.

*** Der facetus quidam poeta ist entweder der Abt Lorenz Guthjahr 1582—92 oder einer der Dichter, die er um sich hatte, oder der Dichter, welcher unter Abt Lorenz Effinger, 1500—1544, mit seinen Versen das alte Kloster hatte ausmalen lassen. Siehe oben S. 263.

† Botrys und pruina als Wortspiel; botrys ist die Uebersetzung von Träubel (kleine Traube). Treubel oder Trübelin ist nach dem dortigen Dialekte Deminutivform von Traube. Ein Familien-Namen von Patriziern und Plebejern in Straßburg und Freiburg im B.

[1] Hier folgt ein Wappen, welches auch im catalogus abbatum dem Abte Treübel beigelegt wird, ein schwarzer Schild mit dreimal gesparrtem, silbernem Querbalken. Dabei steht: insignia rev. dom. Antonii Treübel, huius loci professi, postmodum Trevirensis ad s. Maximinum postulati abbatis.
[2] Hier folgt ein Wappen: auf einem blauen Felde kreuzen sich als Andreas Kreuz zwei silberne Scepter, als Schildfuß drei braune Berge. Dabei steht: Insignia rev. dom. Caspari Rüegger, huius monasterii professi, in abbatem postmodum Maurimonasteriensem assumpti. Obiit 1557.
[3] Aus Stöber a. a. O. ergänzt.

* Marmoutier, Maursmünster, Arr. de Saverne, Dep. Bas-Rhin.

** Von Martin Stephani handelt auch Stöber in seiner succincta historia p. 242, ist aber viel ausführlicher über ihn, als Will. Nach dem Ersteren war Stephani in Offenburg geboren und hatte 1607 Profeß gemacht; unter den Aebten Christoph Heubler und Caspar Geiger 1608—1646 war er Prior. Er soll zuerst eine Druckerei in Ettenheim-Münster eingerichtet haben, deren erster Druck 1617 erschien. Das Uebrige hat Stöber aus dieser vita von Will entlehnt.

*** Stöber setzt diese Schrift in's Jahr 1587 und sagt, es seien noch Exemplare vorhanden. Auch bemerkt er, der Abt Caspar Geiger habe diese Schrift in's Teutsche übersetzt.

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/mone1867-4/0273
© Universitätsbibliothek Freiburg